

§. 5. Item aliud [miraculum]. [Vr.] [fol. 70^b. Pal.]

Frater Conradus*, quondam¹ prior Constantie in Theutonia², in infirmitate sua, licet³ gravissima, mire patientie fuit. Illud de⁴ canticis subridendo et cum pondere et devotionis dulcedine sepe revolvens: „dilectus meus mihi et ego illi, donec aspiret dies et inclinentur umbre.“ Idem⁵ XV. dies⁶ ante mortem suam dixit fratribus de hac infirmitate: „scitote⁷, quod in festo domine nostre moriar“⁸. Quod et⁹ factum est, quia¹⁰ in primis vespertis nativitate beate Virginis** decessit et in die sepultus fuit. Ultimam missam dixerat de beata Virgine et ultimam predicationem fecerat de eadem. Hic congregatis fratribus ante ipsum, cum iam cito mori deberet, dixit: „scitote, fratres mei, quod ego morior fideliter, amicaliter, fiducialiter et letanter.“ Quod exposuit sic: „fideliter¹¹, quia¹² in fide dei¹³, Jesu Christi et sacramentorum ecclesie, amicaliter, quia¹⁴ ex quo intravi ordinem spero, quod in dilectione dei perseveravi et precipue semper facere studui, quod sibi maxime placere putavi, fiducialiter, quia¹⁵ scio, quem ad modum vado, letanter, quia¹⁶ de exilio ad patriam, de merore¹⁷ ad gaudium transeo sempiternum.“ Item in susceptione¹⁸ corporis domini dicebat extensis manibus: „iste deus meus, et glorificabo eum! ecce deus meus salvator¹⁹, o anima mea ipsum lete suscipias, quia²⁰ ipse est amicus dulcis, consiliarius prudens, adiutor fortis.“ Postea petiit a

¹ condam, Pal. ² Teuthonia, Pal. ³ fessit in Pal. ⁴ fessit in Pal. ⁵ item, Pal. ⁶ diebus, Vr. ⁷ fessit in Pal. ⁸ moriretur, Pal. ⁹ fessit in Pal. ¹⁰ quod, Pal. ¹¹ in Pal. geht letanter et boraus. ¹² quod, Pal. ¹³ fessit in Vr. ¹⁴ quod, Pal. ¹⁵ quod, Pal. ¹⁶ quod, Pal. ¹⁷ morre, Vr. ¹⁸ ad insupectionem, Pal. ¹⁹ salvator meus, Vr. ²⁰ quod, Pal.

* Antonius Senensis, chronicon p. 107, 108 setzt den Conrad ins Jahr 1260 und sagt von ihm: „Fratrem Conradum, natione Teutonicum, qui aliquando praefuit conventui nostro Constantiensi, lego [in vitis fratrum?] per quindecim dies ante sui obitus diem et horam designasse, et id quomodo consequi potuit, nisi spiritu ea, quae procul sunt, fandi dotatus fuerit a deo? Nescio, an is Conradus fuerit vel alius quispiam, quem ad ordinem suscepit pater noster Dominicus et erat iam tunc vir gravissimus etc., et illius meminit Surius, lib. 4 de vita b. Dominici p. n. cap. 6. Sed utrum convenientius, quam ista, in aliqua alia decade foret locandus, me praeterit.“ Zittard setzt diesen Prior Conrad in Constanz wirklich in eine frühere Zeit, nämlich in die Jahre 1241–52, d. h. in die Zeit des Ordens-Generals Johannes. — Greith, die deutsche Mystik im Prediger-Orden, S. 37 gibt an, Conrad sei von Eßlingen nach Constanz gekommen. S. unten „Zusätze“ Constanz.

** 8. September.

fratre Rodolfo¹, qui tunc² provincialis vicem gerebat³, ut eum ab omni culpa absolveret et acerbitatem mortis iniungeret in satisfactionem omnium peccatorum, et: „credo, inquit⁴, quod hoc potestis⁵.“ Quo facto dixit: „modo bene mihi est.“ Ultimo dixit: „salvum fac, domine, servum tuum⁶, deus meus, sperantem in te,“ et collectam: „fidelium deus.“ Qua dicta, statim quievit in domino.

Capitulum IV. De revelationibus factis de obitu fratrum.

§. 5. [fol. 76^b. Pal.] [Magdeburg*.]

In Theutonia⁷ quedam abbatissa Cisterciensis ordinis fecit per se et sorores suas multas orationes iniungere pro quodam fratre Predicatore defuncto, Alberto nomine, qui frequenter ipsas⁸ ad bonum monuerat. Quondam ergo mane, cum paululum obdormisset, vidit eum ante altare paratum, ut populo predicaret, sed in aere stantem et pre timore clamabat: „heu, frater Albertus cadit⁹, quia fulcimentum non habet.“ Cui astans¹⁰ quedam reverenda persona ait: „frater iste confirmatus est et amplius cadere non potest,“ tunc consolata auscultabat¹¹, quid ille predicaret, et ait: „in principio erat verbum etc. usque ad plenum gratie et veritatis,“ statimque subiunxit¹², „et hoc ego vidi¹³ oculis meis.“

§. 6.

Fratri Hermann, Theutonico**, videbatur quadam nocte in sompniis¹⁴, quod quidam¹⁵ draco ingens persequebatur eum usque ad Altenburg¹⁶***, quod est mona-

¹ Radolfo, Vr. ² fessit in Pal. ³ habebat, Pal. ⁴ inquit, Pal. ⁵ poteris, Pal. ⁶ serv. tuum fessit in Pal. ⁷ Teutonia, Pal. ⁸ fessit in Vr. ⁹ cadet, Vr. ¹⁰ abstans, Pal. ¹¹ auscultabat, Pal. ¹² subiunxit, Pal. ¹³ video, Pal. ¹⁴ sompnis, Vr. ¹⁵ fessit in Vr. ¹⁶ Aldenburg, Vr. Alhermgh, Pal.

* Die Vermuthung liegt nahe, daß hier auch das Kloster St. Agnes in Magdeburg und die Äbtissin Jutta von Sangershausen gemeint ist. Unter Bruder Albert wird wohl derselbe Br. Albert im Magdeburger Convente zu verstehen sein, welchen Mechthildt selbst in ihren Liedern neben dem Bruder Heinrich nennt.

** Einen fr. Hermannus Theutonicus führt auch Antonius Senensis chr. p. 127 aber erst um das Jahr 1270 an, in der bibl. p. 107 nennt er ihn Hermannus Mindensis und sagt, er sei einige Zeit Provincial gewesen und habe folgende Werke geschrieben: liber de interdicto, liber de inquisitoribus criminum, epistolae ad diversos. Sollte dieser derselbe fr. Hermannus sein, welchen Bruder Johann 1466 Hermannus de Cerwist (von Zerbst?) Theutonicus nennt. S. oben S. 13. S. unten „Zusätze“ Constanz.

*** Altenburg an der Lahn bei Weßlar, Erzjb. Erier, war ein adeliges Prämonstratenser Nonnenkloster. Die erste Äbtissin oder Meistlerin war Eadamia 1178–1223.